



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

32. An regulares tenea[n]tur servare dies gestos ab Episcopo indictos? Et  
an ad hoc possint co[m]pelli per censuras? Et auenvis regulares possint  
cogi ad observationem Festorum ab Episcopo ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

eisdem Cardinalibus emanata, ut mox constabit. Non potest dici posterius, scilicet quod sit lex; quoniam Cardinales illius Congregationis facultate polent ad legem condendam. Hæc huiusmodi decisio ut lex publicatur. Quod confirmatur ex Decreto per Cardinalem Grimaldum, tunc in Gallia Nunciij Apostolici munere fungentem, favore Archiepiscopi Burdigalensis, patribus videlicet Dominicanis inauditis, ab eadem Congregatione impetrato, 1544. in quo loquens de quodam alio Decreto circa hanc materiam alias emanato, sic fatetur: Hanc eandem opinionem secuta fuit Sacra Congregatio Episcoporum in pluribus causis. Quibus vides decisionem Cardinalium esse opinionem, non autem legem. Dices: ergo saltem hæc decisio erit opinio sequenda; cum sit tantorum virorum. Respondetur, quod si velis sequi illorum opinionem, sequenda potissimum illa, quæ vniuersaliter, ab aliis pronuntiata fuit, & non sicut hæc in causis priuatis, illa (inquam) quæ etiam auctoritate Apostolica judicialiter promulgata fuit, anno... à Nuntio Apostolico apud Hispaniæ Regem residenti in toto illo regno obseruanda: Et denique Bulla Urbani VIII. inchoata. In plenitudinem, de qua alias, qualis est hæc, cuius tenor sic habet, Sacra Congregatio Regularium censuit, & statuit, ut liceat Regularibus in eorum Ecclesiis, & intra septa Monasteriorum suorum Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum processionally circumferre: & super altari physice adorandum exponere ex quavis causa publica, vel privata, die 2. Iulij 1580. Verum supponamus Decisionem Cardinalium legem facere, ut ego alibi disserui, certè ut reuocet Jus Regularium, & præfatam generalem eorumdem Cardinalium decisionem in fauorem omnium Regularium editam; non debet esse particularis, quoniam nulla lex in causa particulari, seu speciali lata reuocatur: imò nec generalis generalem, aut specialem; nisi habeat clausulas derogatorias ad id necessarias: Præfata autem decisio particularis, sicut & cætera; non habet aliquam clausulam reuocantem, quam Doctores iudicant necessariam, etiam in Conciliis generalibus, & rescriptis Pontificum, dum aliquod Privilegium, aut jus quæsitum reuocant, maxime si in iure communi insertum sit, aut tanquam merces datum, ut est hoc privilegium immediate suam originem trahens ab exemptione iurisdictionis, potestatis, & superioritatis Episcopalis, cuius intuitu eadem iurisdictionis, potestas, & superioritas collata fuit Præfato Regulari in suos subditos, & Ecclesias suorum omnium Monasteriorum. Et hæc omnia docet Pater Brunus, ubi supra. Sed mihi fas non est de purpuratorum Patrum auctoritate in suis declarationibus aliquid detrudere, solum aduerto dictam declarationem Cardinalium non videri vltu receptam, passim enim Regulares exponunt Populo Eucharistiam ad adorandum absque Episcoporum licentia, nisi dicas hoc illos efficere videntibus, & non renitentibus Episcopis, atque idè ex eorum licentia, tacita videlicet.

## RESOL. XXXII.

- An Regulares teneantur seruire dies festos ab Episcopo indictos?  
 Et an ad hoc possint compelli per censuras?  
 Et quamvis Regulares possint cogi ad obseruationem festorum ab Episcopo indictorum, non tamen quoad Octavas, nec ad festa votina populorum, qua ex deuotione obseruantur?

Et quid, quando populus obseruationem festi voti, aut promissu? Ex p. 1. 1. tr. 3. & Milc. 3. Ref. 6.

§. 1. Negatiue respondet Hinojola in *tract. de iur. ciu. Regul. verb. Festum*, fol. 234. sic enim asserit; Licet jus commune in *cap. final. de fer. praec. Clero*, & Populo seruanda statuerit, non tamen eam huiusmodi constitutio facta per Episcopum licet Fratres Mendicantes, quia constitutionibus Episcopis non subduntur, ut habes verbo exemptio; Neque Papa præcipit per illud *cap. final. Fratibus illa festa seruare*; alias omnia eiusmodi festa essent de iure communi sicut dies Domini, imò & ipsius Episcopii tenerentur illa iure communi seruare. Neque etiam per illud *cap. datur Episcopus facultas statuer. di dies feriatos*, quia ante illud eam habebant iure diuino.

2. Quid ergo fecit Pontifex per illud *cap. Respondetur*, quod limitauit potestatem Episcopis, seu dedit eis formam statuendi obseruationem festorum, ut scilicet non sine clero, & populo id faciant, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.

3. Aduersus prædicta obstant hæc verba Concilii Tridentini. Dies etiam festi, quos in Diocesi sua seruandos Episcopus præcepit, ab exemptis omnibus etiam Regularibus seruentur. Sed si post Concilium omnimodæ exemptionis regularium privilegia confirmata sunt, ut habes verbo confirmatio privileg. huius statutis non subijcientur, tutius tamen erit illa omnino seruare. Video enim Doctores, exemptionis Regularium tutores, eorumdem privilegiorum post Concilium confirmationem affirmantes, docere, regulares ad huiusmodi festa ab Episcopis præcepta, seruanda teneri. Et quidem non conuenienter loquuntur. Nam vel restitutionem privilegiorum exemptionis omnimodæ, non obstante Concilio negent, vel obligationem ad obseruanda statuta Episcopi tollant.

4. Saltem ergo ratione scandali ad huiusmodi festa seruanda tenebuntur, sicut ad festa, quæ Populus vouerit; etiam si Episcopus confirmatus ad quæ secluso scandalo non tenentur Regulares, quia eiusmodi votum est personale. Huculque Hinojola.

5. Sed affirmatiuam sententiam proflus sustinentem esse praxim vniuersalis omnium Regularium demonstrat, & ita hanc sententiam probat Lezana in *summa tom. 1. cap. 9. num. 46.* Sanchez in *summa tom. 1. lib. 4. cap. 15. num. 22.* Tuschus, Riccius, & Rodriguez, quos sequitur Barbosa de *precept. Episc. part. 2. allegat. 105. à num. 32.* Leander de *precept. Ecclesie, tract. 1. disp. 3. quest. 17.* vbi firmat hanc conclusionem, Regulares non teneri ad seruanda festiua indicta ab Episcopo, teneri tamen ad festa seruanda. Sed licet Episcopus præcipiens dies festos, obedire teneantur Regulares iuxta dicta, illi tamen Regulares, qui privilegium habent à Sede Apostolica ne possint ab Ordinariis obligari per censuras ad aliquid faciendum, non possunt obligari ad hoc per censuras ab ipsis Episcopis impostas. Vnde declaratio quædam Sacre Congregationis, quam ex Sello in *Select. Canon. cap. 2. num. 11.* Refert Barbosa in *Collect. Bullar. verb. Festum*, in qua dicitur declarasse Sacre Congregationis in una Othienensi anno 1627. Regulares posse compelli per censuras ab Episcopis ad obseruationem festorum, intelligi debet (casu quo illa declaratio sit Authentica) de Regularibus non habentibus tale privilegium, ut obseruat Lezana in *summa tom. 3. verb. Exemptio Regularium*.

# De Dubiis Regularium. Resol. XXXIII. &c. 23

larium num. 11. Sed quoad hoc non defunt Doctores afferentes, Regulares exempti quoad ea, quae vigore Concilij Tridentini subduntur Ordinariis, vel ab illis vigore d. Concil. Tridentini possunt compelli, possunt & excommunicari, & docent Doctores, quos citat & sequitur Morell. tom. 3. disp. 7. c. 5. dub. 12. num. 210. idem tenet Bordonus tom. 1. vel. 7. num. 9. Rubens in Aphor. Episcop. verb. regulares, numer. 7. Pialecius in praxi part. 2. cap. 3. art. 6. num. 58. Solorzanus tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. 57. & seqq. Cenedus in qq. can. 9. 26. num. 16. Gratianus in decis. 132. Marchia numer. 15. Novar. in summa Bullar. tom. 1. titul. de processibus numer. 2. Campanilis Rubr. 12. cap. 13. num. 167. Lazarius de blasphem. quest. 10. à num. 55. Ciarlinius lib. 1. cap. 50. num. 11. Armendar. in addit. ad Recopil. leg. Navarr. lib. 1. tit. 14. cap. 18. §. 3. de process. num. 7. Salzedus in praxi Dialog. cap. 1. littera A. ver. quae potestas 3. Paz in Annal. Jur. Pontif. lib. 1. tit. de maior. & obed. num. 11. Laurentius de Franchis in controuers. inter Regulares, & Episc. quest. 6. Salgadus de protection. regia part. 2. cap. 2. numer. 109. Machadus tom. 2. lib. 4. part. 6. tract. 10. docum. num. 4. Thæmido tom. 1. dec. 62. n. 11. & decis. 63. num. 9.

6. Sed quidquid sit de hac quaestione quam ego \* alibi pertractaui, esto Regulares cogi possint ad obseruantiam festorum, non tamen quoad octauias, prout ex declaratione Sacrae Congregationis, & Aldana in compend. resol. iur. Canon. lib. 1. tit. 3. n. 10. & quamuis etiam Regulares obligentur ad obseruantiam festorum ab Episcopis indicorum, non tamen obligari ad festa votiuia populorum, eod quod Concilium solum loquitur de festis indicis ab Episcopo, tenet Naldus in summa verbo festum, num. 4. & Nouarius supra num. 1. limitandum tamen est; si enim festa votiuia dicantur ea, quae ex deuotione obseruantur à Populo, ad illa quidem non tenentur Regulares, nisi ex quadam decentia ut videlicet Populis conformentur; si verò festa votiuia dicantur ea, quorum obseruantiam Populus vovit, aut promittit, probabilis est ad ea teneri Regulares, non solum quando ea cum Populis obseruare voverunt, sed etiam quando, casu dato, illis inconsultis Populi cum Episcopo tale votum emisissent; sunt enim ciues, & membra Reipublicae saecularis participantque illius bona, ac per consequens debent conformari cum ipsa in iis, quae pertinent ad communem utilitatem, dummodo contraria non sint Ecclesiasticae libertati, Valquez in lib. 2. disp. 167. numero 34. Sanchez lib. 4. in decalog. cap. 15. num. 21. credo tamen haec vota non obligare Regulares, qui ea non emisissent, nec acceptarunt propria obligatione voti, quia impossibile est aliquem obligari propria obligatione voti sine propria voluntate & consensu, Suarez tom. 2. de Relig. tract. 6. lib. 4. cap. 9. Neque ex vi precepti Ecclesiastici Episcopi, vel Praelati Ecclesiastici, cuius auctoritate sunt, propter exemptionem Regularium ab Ordinariis, sed solum ex vi iuris naturalis, quod praescribit ut pars Reipublicae conformetur toti corpori; vide etiam Layman, lib. 4. tract. 7. cap. 1. num. 5.

Regulares non teneri ad officia Festorum; teneri tamen ad officium de Patrono, non autem ad Octauam. Ex p. 1. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 20.

§. 1. **N**egativam sententiam tenet Bruno de Praxi, Regular. part. 1. tract. 2. cap. 3. propos. 5. vbi probat Regulares non seruantibus festa, quae ab Episcopis ordinantur, non peccare, quoniam institutio illorum festorum est lex Diocesana, quam ut supra probatum est, non tenentur Regulares seruire, ut expressè concessit Eugenius IV. Monachis Sancti Benedicti Congregationis Hispaniae verbis sequentibus à Roderico tom. 2. quest. 92. artic. 1. re-latis; Quod in suis Monasteriis non teneantur seruire, siue colere alias festiuitates, nisi illas praecipue quae per vniuersalem Ecclesiam obseruantur, aliis licite vacare laboribus, & conuictis exercitiis, vel occurrentibus possint, nisi communiter ab omnibus secundum consuetudinem locorum vbi Monasteria sita fuerint, vel Superiorem, obseruentur, quibus sine scandalo in huiusmodi laboribus faciendis controuentire non possint.

2. Quibus verbis huius sequela veritas concluditur: Restricta tamen causa scandali, quo interueniente, tenentur Regulares se huiusmodi obseruantis Festorum cum populo conformare. 2. Restricta ex consuetudine vim legis obtinente; qua huiusmodi festa in Diocesi introducta sunt, tunc enim ad illa obseruanda Regulares obstringuntur sub mortali, sicuti ad ceteras consuetudines. Ut autem huiusmodi consuetudines obligent, tum ad festa, tum ad caetera, euidens esse debet, quod sub obligatione peccati mortalis, non verò ex deuotione introducta fuerint; alioquin si dubitetur num ex deuotione, an verò ex obligatione introducta fuerint; tunc obseruanda non erunt sub mortali. Nec obstat huius veritati Tridentinum sess. 25. c. 12. quod vult, ut Regulares seruent illos dies festos; quoniam sicut non habet vim vbi receptum non est, sic etiam non obligat in illis decretis, quae clausulam reuocatoriam non habent; hoc autem decretum caret illa clausula. Ita ille.

3. Sed tu contrarium tene cum communi Doctorum sententia. Dico igitur quod dies festos, quos in sua Diocesi Episcopus seruandos praecipit, exempti omnes, etiam Regulares seruire tenentur, ut ex eo colligitur Lezana tom. 3. verb. Episcopus numer. 21. Fulc. cap. 15. num. 63. Fr. Emmanuel quest. Reg. tom. 2. quest. 70. art. 1. & 2. questione 108. art. 2. in fine. Pialecius part. 2. cap. 3. numer. 47. verb. dies festos. Aloys. Ric. in praxi aurea resol. 210. vers. 6. Vgolino de officio Episcopi, cap. 20. §. 3. numer. 1. Campan. cap. 13. ex numer. 91. Erasmus à Cochier part. 2. quest. 45. numer. 55. Laurentius de Peytinis constitut. 28. Leonis X. num. 2. cum sequentibus. Tamburin. tom. 3. disput. 5. quest. 11. num. 54. Nouar. in summa Bullary titul. de festis diebus; Solorzan. lib. 3. cap. 17. numer. 69. & alij penes ipsos, quibus adde ex Regularibus doctum, & amicissimum Patrem Hieronymum Garthiam in Polit. Regul. tom. 1. tractat. 8. difficult. 3. dub. 2. numer. 72. & Machadam tom. 2. lib. 4. part. 6. tractat. 10. docum. 4. numero secundo, vbi sic ait: [Puede obligar el Obispo à los Religiosos à la obseruacion de las fiestas que el mandare guardar en su Diocesis; porque como consta de los sagrados Canones: Regimen Monasteriorum, quoad celebrationem festorum, ad Episcopum pertinet: y per disposicion expressa del Concilio Tridentino, los Religiosos por exentos que sean estan obligados à obseruar las fiestas que el Obispo mandare guardar en su Obispado; y si en este

Sup. hoc in Ref. praeterita & in alijs eius primae

Sup. hoc in Ref. praeterita §. Saltem, & in alijs eius primae

## RESOL. XXXIII.

An Regulares teneantur obseruare Festa ab Episcopo indicia?  
Et an contra non facientes possit Episcopus procedere censuris?  
Et curissime docetur ex Decreto Sacrae Congregationis